*Cort. ovor.* ãã ʒß *Bdell.* ʒij. *Cucurb. aduſt.* ʒiij.

Confice cum Syr. roſ. & ex conſimilibus compone.

*Hæmorrhoidum dolor.* In Dolore Hæmorrhoidum ſequentem præſcribit Pulverem *idem Autor loco jam citato.*

℞ *Sem. lini* ʒij. *nigell.* ʒj. *Gum. Bdell.* ʒiß. *Thur.*

*Cyperi, ammeos* ãã ℈j *Sandarac. Ar.* ʒj.

Terantur & dentur in potu ʒiv.

*Hæmorrhoidum obſtructio.* In Hæmorrhoidum obſtructione hucque proveniente mictione ſanguinis & contracturâ membrorum ſequens adhibuit Oleum *Fabric. Hildanus Cent. 2. obſervat. XI.*

℞ *Ol. lumbric. vulpin. coſtin.* ãã ʒj, *juniper. deſt.* ʒij. *Spir. Vin.* ʒj. Miſce & bis in die locum affectum inunge.

## CAPUT XVIII.

## DE AFFECTIBUS HEPATIS ET PRÆSTANTIA JUNIPERI IN IISDEM DISSERIT.

### I. HEPATIS OBSTRUCTIO ET CACHEXIA.

Ad arma! ad arma! hoſtes in urbe ſunt. Hac olim formulâ populum Romanum exclamaſſe imminente graviori periculo militesq; ut arma caperent, teſtatur Clariſſimus *M. Frider. Hildebrandus,*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0262-9
DFG

*dus, Lycei Northuſani olim, jam verò Gymnaſii Martisburgici Rector celeberrimus in Compend. Antiquitat. Roman. p. 327.* Meritò in Epati obſtructione ad arma confugiendum eſt medica & illar non negligenda, armis hic opus eſt, quibus hoſtis ex ſanguificationis hâc officinâ ejiciatur, ne fixum ibidem acquirat locum & poſteà ægrè iterum expelli queat; Cum maxima obſtructionem hepatis ſubſequi ſoleant pericula, quid enim boni ſperandum, ſi ipſi vitæ alimento nectareo liber denegetur aditus? Maturanda itaque eſt Curatio & partes hepatis obſtructæ reſerandæ ſunt, cumque *Junipero ejusque partibus* ſingularis obſtructiones aperiendi inſit efficacia, ideò & hîc auxilium ejus implorandum. Sic ad Hepatis tàm obſtructionem quàm alios affectus ſequens commendat *Galenus lib. 8. de compoſ. med. ſecund. loc. p. 1257.* *Hepatis obſtructio.*

℞ *Rad. gentian. chamæpitid. marrub.*
*Sem. petroſel. ſinap. cucumer. braſ. eruc. frax. ceſtr. dauc.*
*Fell. urſi, ſcolopendr. panac. rubric. ſinopic.*
*Rub. ariſtoloch. long. piper. alb. ſpic. nard.*
*Coſt. eryngii, Bacc. Juniper. chamædr. Dictamni* ãã ℥j. *Mell. Attici q. ſ.* Conficito.

Doſ. nuc. magnitudine. Gry-

Grylingius *lib. 3. med. Pract. part. 3. cap. 1.* ſequentem tradit Pulverem :

℞ ⊖ *commun. ſubtil. pulveriſ.* ℥ß *Juniper.* ʒiij 🜿i ʒij.
*Cichor.* ʒijß *card. bened.* ʒß.
🜿i ⊕ *lat.* ℈ij. Miſce Doſ. à ℈i ad ʒß.

*Cachexia.* Ad cachexiam corrigendam ſequentem Tincturam ordinavit *Timæus à* Gülden-Klee *lib. 3. Caſ. med. p. 137.*

℞ *Spec. Trochiſc. d. abſinth. d. eupator. d. rhabarb. d. roſ.* ãã ʒij.
*Hepat. lupi præp.* ʒvi.
*Species diarrhod. Abb. aromat. roſ.* ãã ʒiij.

Subtiliſſimè pulveriſatis affunde *Spir. Bacc. Juniper* ad eminent. 4. digitorum, ſtent in digeſtione. Bal Mar. per dies vii liquor ad dimidium abſtrahatur, reliquum ſervetur ad *uſum.*

Sequentem Miſturam non inutiliter in Epatis & Lienis obſtructionibus adhibemus:

℞ *Spir. aperitiv. Penot.* ʒj. *Tinct* ♂*is aper.* ℥ß.
*Eſſent. juniper* abſinth, ʒiß.

M. D. S. Oefnende Leber/oder Miltz/Miſtur Doſ. à ℈j ad ʒß vei ℈ij.

## II ICTERUS.

*Icterus.* QUemadmodum Aves ex plumis cognoſcuntur, ita & *affectus ictericus* ſeipſum facile ſuo indicio ſoricis inſtar prodit,

dit, levis quidem videtur affectus, at dolorum periculorumque pleniſſimus, ideoque illi non fidendum ſed citò obviam eundem eſt. Tota cura *Ictericorum* in hoc conſiſtit, ut humores bilioſi educantur & obſtructiones ductus cholidochi vel cyſtici aperiantur.

In hunc finem *Interna.*

℞ *Rad.5.aperient.* ãã ℥iij *Cichor.* ℥ß
*Sem.melon.excort.* ℥iij. *cicer.rubr.* ℥ß
*Herb.cuſcut, agrimon.* ãã Mj. *marrub.* Mß.
*Paſſul.* ℥vi. *bacc.juniper.num* XX.

Coqu. in ſ.q.▽æ ſimpl. Colatur.℔j. add. *Syr.byzant.ſimpl.* ℥iv. Miſce pro 3. Doſ.

*Sennert.lib.3.med.Pract.part.ſect.2.cap.iv.*

*Franciſcus Joël in Praxi* ſequens ut ſingulare remedium & experimentum in Ictero ab obſtructionibus commendat:

℞ *Rad.chelid.maj.* Mij. *Bacc.Juniper.* Mj.

Contundantur in mortario, affundatur Vini Rhenani ℔j. exprimantur. Colaturæ ℥iij manè & ante cœnam bibantur. Vel

℞ *Rad.chelidon.maj.* ℥ij. *cichor.polypod.* ãã ℥j.
*Sem.petroſell.aniſ.* ãã ℥ß *Flor.geniſt.* p.ii.
*Gran.Juniper.* Mß

Coqu. in ſ. q. ▽æ font. Colaturæ ℥viij. adde

*Syr.*

*Syr.d.cichor.c. Rhabarb.* ℥j. M. F. Potio Doſ. cochl. 4.

*Rolfinc.lib.8.Conſultat.l.1.*

*Franciſc.de le Boë Sylvius lib.1.cap.46.*

Icterum hoc Apozemate oppugnat, inprimis ſi quædam adſit veneni ſuſpicio:

℞ *Rad.ſcorzon.* ℥j. *imperat.* ʒß.
*Raſur.lign.juniper.* ℥ij. *ſaſſafras* ʒß.
*Fol.card.bened. ſcabioſ. ſcord* ā ā Mj.
*Bacc.juniper.* ℥ij. *Sem.aquileg.urtic.*
*Raſur.C.C.* ā ā ʒiij.

Coqu. ex ▽æ purâ in colaturæ ℥xxx diſſolve
*Syr.card.bened.* ℥iij. *aqu.Theriac.* ℥iß.
⊖ ♀i ⊕lat. ʒß. Miſce.

Aquæ ad Icterum *Timæus a* Gülden-Klee *Baccas Juniperinas* quoque abeſſe noluit, ſed illas eidem pondere ℥iij adjungit, ſicut ex *Caſ med.ejusd.p.401.* liquet.

*Externa.* Amuletum *Rondeletii* carpis manuum plantisque pedum applicandum tale tradit *Grylingius lib.3. med. Pract. Part. V. cap. 1.*

℞ *Fol. viſc. quern.* Mj. *Herb. marrub. chelidon.* ā ā Mß
*Bacc.juniper.* ʒß.

Contund. in mortario & mixta cum vino adhibeantur ut dictum.

## III HYDROPS.

QUando Oceanus exque illo provenientia flumina cancellos ſuos non excedunt,

cedunt, magnam certè utilitatem generi præſtant humano; Si verò freta ponti tumeſcere incipiant ſideribusque certent conſurgere, magnam & contra calamitatem efficiunt. Idem de lymphâ humoribusq́ue corporis humani dici optimo poteſt jure: Si enim humores illi à naturali ſuâ conſtitutione non recedant moderatiq́ue imperii limites non excedant, incomparabilem vitæ humanæ theſaurum, Sanitatem videlicet, integrum conſervant; Si autem extra cancellos eroſis illis vagentur & errent, tunc mala producunt graviſſima. Inprimis *Hydrops* malè affectis vel corruptis humoribus originẽ ſuam debet, quæ triplex communiter ſtatuitur; Prima *Aſcites*, cum totus venter & interdum pedes tument, partes verò ſuperiores emaciantur; Secunda *Anaſarca*, cum univerſum corpus tumore corripitur & veſtigia digitorum impreſſorum remanent; Tertia *Tympanites*, ubi abdomen à flatibus extenditur, quod ſi pulſetur, tympani quaſi ſonum edere ſolet.

*Hydrops.*

*Aſcites.*

*Anaſarca.*

*Tympanites.*

In omnibus hisce unica ſpes eſt in Evacuantibus, Aperientibus, Diaphoreticis & Diureticis, & in Tympanitide in Carminativis; At virtutes hæ in *Junipero* concentratæ apparent omnes quaſi, unde hydropici & hic auxilium & ſolatium expectare poſſunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0267-9 DFG

Sic *Quercetanus* in incipiente hydrope vinum commendat chalybeatum *baccis juniperinis* exornatum *cap. 9. pharmacop. dogm. reſtit. p. 687.*

*Ascites Internè.* In Hydrope Aſcitide vinum medicatum ſequens ter de die pondere ℥iij. inſtillatis in illud ſpir. ✻ci gutt. vj. aſſumere juſſit *Deckerus in notis ad Prax. Barbett. cap. IV.*

℞ *Rad. Ireos noſtr. petroſel. enul. camp.* āā ℥iij.
*Cort. med. ſambuc. Fol. eupator. cannabin.* āā Mj. *Soldanell.* Mß.
*Bacc. Juniper.* ℥j. *Sem. fœnic. cinamom. Cort. Citr.* āā ℥iß.

Conciſ. contuſ. infund. in pint. IV. vini Rhenani & ſerventur ad uſum.

Pulverem idem præſcribit ſequenti modo. p. 167.

℞ *Rad. mechoacann.* ℥ß. *Jalapp.* ℈j.
*Magiſt.* ♀i ⊕ *lat.* ⊖. *ſambuc.* āā g̃. vij.
☍ *caryophyll. juniper.* āā gttj.

M. F. Pulvis.

Sequens vinum medicatum purgans in diverſis Hydropicis ascitide laborantibus, inprimis in *Pharmacopolâ Viſenenſi* & *Juvene quodam Heringenſi* incredibilem humorum ſeroſorum copiam à ℔viij. ad xii. eduxiſſe vidimus.

℞ *Herb. ſoldanell. gratiol. abſinth.* āā Mj.

*Fol.*

*Fol. Senn. Scolopendr.* āā ℥j.
*Rad. Polypod.* ℥ß. *Rhabarb. Turpeth.* āā ʒiij.
*Irid. noſtr.* ʒvj. *Cort. inter. Sambuc. Ebul.* āā ℥iß.
*Bacc. Juniper.* ℥ij. *Sem. cartham. aniſ.* āā ʒiij.
Conciſ. contuſ. D. ad chartam S. Species zum purgierenden Kräuter-Wein.

Pilulas qui deſiderat, illi ſequentes exhiberi poſſunt.

℞ *Extract. panchymagog. Croll.* ℈ß.
*Elater. correct.* ⊖ *bacc. junip.* āā gr. vj.
Ⓘ *anodyn.* gr. iij. *Miſc. F. Pilulæ. num. ix.*

*Gryling. lib. 3. med. pract. ſect. 5. cap. 4.*

In *anaſarcâ Decoctum tale* concinnavit *jam laudatus Deckerus loc. cit. p. 173.*

℞ *Rad. Apii, Enul. campan. Ireos noſtr.* āā ʒvj.
*flor. cent. min. pii. Raſur. lign. guajac.* ℥iij.
*Bacc. laur.* ℥ß. Juniper. ℥ij.
*Sem. urtic. Roman.* ʒiij.
Coqu. ex aquâ purâ ad colatur. ℥xxx. adde
*Syr. card. bened.* ℥iij. *Spir.* ✠ *ci* ℈ij.
▽ *æ theriacal. ſimpl.* ℥ij. Miſc.

Vinum purgans tale addidit

℞ *Fol. eupator. cannab. menth. criſp. majoran.*
*Flor. cent. min.* āā Mß. *Bacc. juniper.* ℥ß.

*Rad. Jalapp. Mechoacann.* ãã ℥j.
*Spic. nard.* ʒj. *cinamom* ʒiij. *Macis* ʒij.
Conciſ. contuſa ſacculoque incluſa indantur vini pint. VI. & bibat de eo hauſtum.

Poſt evacuantia & aperientia in utraque Hydrope maximè extolluntur Diaphoretica & Diuretica.

Diaphoretica quod attinet, inter hæc extollit in hydrope ut maximè proficuam aquam hydroticam *Poterius p. 80. pharmacop. Spagyr.*

℞ *Limatur. lign. Indic.* ℔iß. *Cort. ejusd.* ℥vj.
*Sarſaparill. Chin. elect.* ãã ℥ix. *Sem. card. bened.*
*Bacc. Juniper. Zinziber.* ãã ℥iß.

Macerentur per octiduum in ſ. q. vini generoſi cum oleo ⊕li ℥ß, & calore cinerum vel arenæ aqua proliciatur, quæ recentibus ſpeciebus affuſa & deſtillata uſui reponatur. Doſ. ℥iij. ad v. *Platerus* re ac nomine felix, *lib. 3. obſervat p. 633.* hoc Electuarium ſudoriferum in Aſcitide adhibuit.

℞ *Rob Sambuc. Ebul.* ãã ℥j. *Syrup. papav. ſimpl.*
*Spir. Juniper.* ãã ʒvi. Miſce.

*Quercetanus* omnis generis Hydropiſes ſpecifico hoc ad hydropem ſudativo, præmiſſa purgatione hydragogâ idoneâ ſu-

ſuſtuliſſe gloriatur *cap.8.Pharmacop.dogmat.reſtit.p.666.*

℞ *Fol.Fumar.eupator.Meſu.* ãã *Mj.*
*Rad.aſar. Hirundinar.* ãã ℥j. *Bacc.juniper.* ℥ij.
*Raſ.ebor* ʒvi. *N.Moſch.Santal.citr.* ãã ℥ß.

Macerentur per 24.horas in ▽.flor. ebul. geniſt. & vin. albi aa q. ſ. Decoquantur, Doſ. ℥v.

In diverſis ægris præcipuè in duobus illis ſupra nominatis ſudorem in laconico ad ℔vi,viii, ad x.(incredibile dictu ſed verum,) præmiſſis ſequentibus excretum, non ſemel vidimus.

℞ *Rob Sambuc.Juniper.* ãã ℥j.
⊖.*abſinth. Juniper.* ãã ʒß. *Eſſent.juniper.* ʒj.
*Spir.Junip.* ʒj. ♀i,*CC.* ãã ℈j. *Miſce.*

S. Schweißtreibender Safft auf 2.mahl.

Inter Diuretica *Platerus* ſequens laudat Lixivium *lib.3.obſervat. p. 640.*

℞ *Summitat.Juniper.ſtipit.fabar.cort. dulc.amar.* ãã Mij.

Exiccentur in furno,donec ferè in cineres redigantur, per quas transfundantur ▽æ font. ℔iv. Vin. alb. ℔i. repetendo, donec aqua lentorem lixivii inſtar acquirat. Huic add.

*Sacchar.roſ.tabul.* ℥ij. ▽*æ cinamom.* ℥j.

Bulliant lento igne parum, & ſerventur

ad uſú benè cooperta ne corrumpantur. Doſ.ab ʒij. ad 3. vel IV. bis in ſeptimanâ.

Specificum ⊖ hydropicum ex *Junipero* inprimis parat *Mynſichtus* additis aliis Diaphoreticis & Diureticis inſignium virium, cujus deſcriptio extat *Sect.* XI. *Armament. Chym. p.* 201.

Aquam hydropicam *idem Autor Summitat. Juniper. ad* ℥ß. exornat *ſect.* 19. *citat. libr. p.* 313.& lixivium *ex cineribus ligni & extremitatibus Juniperin. frondium,* arthemiſiæ, geniſtæ, fabarum, abſinthii ãã ℥j. cum vino paratum maximé extollit huiusque auxilio multos Hydropicos per aliquot dies adhibito & nullo alio remedio ſanaſſe teſtatur *Sect.* 27. *p.* 407. *Doſ.* ab ℥ij ad ℥iij. manè jejuno ſtomacho.

Pulveris hujus meminit *Grylingius loc. cit. p.* 474.

℞ ⊖ *geniſt. ſtipit. fabar.* ãã ʒj.
　 ⛣ *terebinth.* gttvI. *Junip.* gtt.iij.M.
S. Treibe-Saltz auff 3. mahl.

*Cæſtero* ad Hydropem in uſu fuiſſe *decoctum baccar. Juniperi* teſtatur idem *loc. cit. p.* 475. *Verzascha lib. XI. River. contract. cap. VI. ſequentia* proponit.

℞ *Rad. ononid.* ℥iß. *Cort. ſamb.* ℥ß. *ebul.* ʒij.
　 *Herb. heder. terreſtr. agrim.* ãã Mj. *beton. Chamædr. ſummit. cent. min. abſinth.* ãã Mß.
　 *Flor. geniſt. p. ij. baccar. Juniper.* ʒiij.

Inci-

Inciſa & contuſa dentur ad ſacculum ex
ſyndone albo, cui menſuræ 3. Vini albi
veter. affundantur, de quibus æger mane
℥vi bibat.

Vel

℞ ☿i ⊕ *lat.* ℈iv. ⊖ *fabar. juniper. ononid. geniſt.* ā ā. ℈j.

Miſc. diligenter & formentur inde octo
doſes, de quibus manè una in juſculo
carneo ſumatur.

Vel

℞ *Ciner. junip.* ʒiß. *fabar.* ℥j *abſinth.* ʒß.
*Vin. alb. veter.* ▽*æ fontan.* ā ā ℔ij.

Stent per noctem, poſtea colentur decies,
tandem adde Sacchar. opt. ℥viij. ▽æ ci-
namom. ʒiij; de hoc potu manè jejuno
ſtomacho ℥vi bibantur. Candidè poſſu-
mus aſſerere, inquit *citatus Autor*; quod
aliquot hydropicos præmiſſis purgatio-
nibus indicatis hoc potu ſanitati reſtitui-
mus.

Ad *Hydropem Scorbuticum.*

℞ *Apum ſicc. & pulv* ʒij *Sem. ammeos* ʒj.
∴ *juniper.* ℈j. *Terebinth.* q. ſ.

M. F. Maſſa Doſ. ℈j. vel ʒß.

Externè ad tumorem in hydrope
tàm Anaſarcâ quàm Aſcitide tollendum
Cataplasma tale adhibuit *D. Reineſius*:

℞ *Ciner. è lign. Querc. ſamb. junip.* ā ā q. v.

F. c. ▽a lixivium, hujus ℔iv. incoque
*Mic. panis ſiligin. atr.* ℔j. *cochlearum c. teſta contuſ.* ℔ß.

*ad mollitiem & conſiſtentiam juſtam*, tunc adde

*Acet. Vini* ℔ß *Sapon. venet. lap. medicamentoſ.* ā ā ℥ij.
*Farin. fabar. lupinor.* ā ā. ℥iij.
*Pulv. fung. ſamb. caryophyll. ſem. cymin. Bacc. laur. Agaric.* ā ā. ℥iij. *Euphorb.* ʒij.

Miſce. *Grylingius loc. cit.*

Vel

℞ *Herb. malv. c. tot. melilot.* ā ā *Mj. Soldanell.* Miß.
*Fl. chamomill. ſambuc.* ā ā Mj.
*Rad. althea.* ℥ß *bryon.* ℥vi. *Com. abſinth.* Miß *ſambuc.* ℥ß.
*Sem. fœn. græc.* ℥iij *Naſt.* ʒvi. *Cumin.* ℥j.
*Bacc. laur. juniper.* ā ā ʒvi. ♀*is* ℥ß.
*Farin. fabar.* ℥ij. *M. F. Pulvis, cui adde Terebinth.* ℥iß *Mellis. q. ſ. F. Catapl.*

*Timeus à* Güldenklee *lib. 3. Caſ. 24.*

Sic & Emplaſtrum Hydropicum, quod *Hofmannus in Theſauro pharmaceutico p. 60.* deſcribit, *oleo juniperi* inſignitum eſt & ad hydropicos tumores non inutiliter adhibetur.

Unguentũ ſi quis deſideret tale adeſt.

℞ *Unguent. d. arthanit.* ʒvi.
°⁄₀₀ *juniper.* ℥ß *diacolocynt. Q.* ʒiij.
*Spic.* ʒij *Terebinth.* ʒj. *Ceræ q. ſ.*

Miſ. F. Ungventum. *Grylingius loc. cit.*

Ventriculo Hydropicorum inprimis

mis etiam proſpiciendum, commendatur à *Rolfincio lib. 8. Conſultat. 9.* ſequens Balſamum.

℞ *Ol.ſuccin.citr. majoran.angel.* ãã ℈ß.
*juniper.fœnic.* aa ℈j *cochl. naſturt.* ãã gttx. *N.Moſch.expreß.* ʒß *Miſc. in pyxide.* S. Magen-Balſam.

Tympanites Hydrops flatibus cum originem ſuam debeat, carminativa inprimis poſtulat, præmiſſis, quæ humores flatuum genitores blandè educant, ſint autem talia, quæ ſudores blandè movere poſſunt. *Tympanites.*

Sic *Platerus lib. 3. Obſervat. p. 656.* mulieri tympanitide laboranti exhibuit *Spir. Juniperi* cochlearis unius quantitate, præmiſſo vino laxativo, cum permiſtione aquæ narcoticæ gutt.iij, continuando per aliquot dies, & ventrem inungere juſſit aqua vitæ cum *Spir. Juniperino*, addendo parum olei ſem. carvi, ſicque ventrem penitus ſubſediſſe teſtatur.

In viro extremè pauperi tympanitide vexato ſequentia experti ſumus efficacia.

℞ *Pulv.ſem.cumin.carv.bacc.laur.* ãã ʒß.
*Spec.aromat.roſ.* ʒiß ☍ *chamomill.cumin.* ãã ℈ß.
*Rob Junip.* ℥iij. ⊖*is ejusd.* ℈ij. Miſc. S. Safft wieder die Blehung. Doſ. ℥ij. manè & veſperi.

Externe

℞ °° *aneth chamomill.* ãã *coct.* ℥ß. *deſtillat.*
*juniper. cumin. anis.* ãã ʒß

*Obſervatio* Miſc. S. Euſerlich Oel den Leib zu ſalben.

Hæc per 6 ſeptimanas continuavit interpoſitis aliquot purgantibus, & feliciſſimè evaſit.

*Sitis Hydropicorum.*

Ad ſitim Hydropicorũ intolerabilem.

℞ *Gran. junip. contuſ.* Mij. *Ser. lact.* ℔vi.
F. Decoctum, cui ſi inſtilletur
*Tinctur. flor. Bellid. Spir.* ⊖*li* ♂*tis acua.* vel
*Tinctur.* ♂*tis aperitiv.* q. ſ.
præſtantiſſimum erit. *Gryl'ing. loc. cit. p. 486.*

## CAPUT XIX.

## JUNIPERINA MEDICAMENTA IN MORBIS LIENIS EXAMINAT.

### I. LIENIS OBSTRUCTIO.

*Lienis Obſtructio.*

SI quid unquam aptum verumque ſit, verum eſt illud: Principiis obſta, præſertim in viſcerum obſtructionibus, quippe quæ facilius contingunt quàm reſerantur. Hoc & in lienis obſtructione, quâ hodiè nil frequentius, obſervandum, quæ ſi ipſi maturè obviam eatur, multò facilius tolli poteſt, quam ſi altas prius egerit radices, optimè igitur hanc reſerant medicamenta Juniperina juſto tempore, hoc eſt, in principio adhibita; tuncque fortiora & precioſiora non deſideran-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0276-9
DFG